

Q.K.4/3,3.

II i
248

Q. D. B. V
DISSERTATIO VI

OBSERVATIONVM CRITICO-PASSIONALIVM PASCHA VETERVM

EX ANTIQVITATE MAXIME IVDAICA ET
FORMVLIS VETERVM IN PRIMIS HEBRAEORVM
SIGILLATIM EXAMINANS

QVAM
INCLVTAE FACVLTATIS PHILOSOPHICAE
INDVLTV

IN ILLVSTRI AD ALBIM ACADEMIA
DIE V. OCTOBR. M. DCC. XX

PLACIDAE ERVDITORVM συζητήσεις
SUBMITTIT

PRAESES

SAMVEL FRIDER. BVCHERVS
AA. ET PHIL. MAG.

ET
RESPONDENS

IO. ABRAHAMVS VVIMMERVS
ALTEN-MOERBIC. MISN. SS. THEOL. STVD.

VITEMBERGAE

LITERIS CHRIST. SCHROEDERI, ACAD. TYP.



PROOEMIVM.

Praefens de Veterum Paschate Argumentum, plurimis, iisque non leuibus, difficultatibus, obuxatissimas praeferunt controuersias, impecditum, Viri, de re literaria immortaliter meriti, discussione paulo sollicitiori & accuratori judicarunt dignum. Unde, praestantia rei rite perspecta, factum, ut *Buxtorffum* inter & *Cappellum*, inter hunc & *Cloppenburgium*, atque alios magna contentione disceptatum olim fuerit. Horum igitur sententias non ineruditate exco-
gitatas, parum tamen quandoque solidas, in unum congerere, congeftas sub incudem reuocare, & ram ad Scripturae ueritatem, quam ad *āvaloylāv* ueritissimorum rituum, prae-
euentibus Viris doctis, fideque dignis, examinare, nobis in
primis est in animo. Et quamvis controuersiae admodu-
m inuolutæ ingenii vires superare, remoramque no-
bis facere uidentur, id tamen, ingenue fatemur, nostrum
uergit in solatium, quod Auctores, nec paucos, conspi-
ciamus eruditos, qui, etiamsi doctissimis scriptis orbi li-
terato plurimum snt lucrati, a ueritatis tamen tramite se
abduci, non raro fuerunt passi. Quare optimorum uesti-
giis Doctorum inhærentes, argumentum intrepidi animo
ponderosum adgredimur, DEVMQVE T. O. M. eni-
xissime rogamus, uelit nos SPIRITVS S. gratia illuminare,
ueritatis in uiam ducere, atque adeo efficere, ut, semotis,
qui Scripturae uim inferunt, ritibus, caeremonias probe-
mus, quibus Verbo diuino faculam accendere, atque aequis
Antiquitatum aestimatoribus, quantum fieri potuerit, satis-
facere possimus.

CAPVT VII.

DE
VETERVM PASCHATE IVDÆORVM.

§. I. *Pascha Veterum* delineaturi obseruamus, quod in
Indaicum atque *Christianum* commode dispelci queat. Vtrum-
que

que erit contemplationis nostrae *objectum*, quo nihil, quod emolumen^t esse poterat, relinquatur intactum.

§. 2. Ordinur ab ETYMOLOGIA. *Pascha* nonnulli ex lingua GRÆCA deriuare uidentur, id quod, praeter Irenaeum, Iustinum Martyrem, Tertullianum, Ambrosium & Læontium, a Chrysostomo factum fuisse, nouimus, quando Homil. 4. in 1. Epist. ad Timoth. diserte ait: πάσχα λέγεται, οὐ τέτε ἐπαθεν ὁ χριστὸς ὑπὲ ήμῶν. Sed enim Casaub. Ex. 16. contra Baron. num. ii. p. 406. sqq. Glass. Phil. S. L. 4. Tr. 3. p. m. 1278. Hildebr. Anniq. Bibl. l. i. p. 28. aliisque plures, *Chrysostomum*, atque ceteros antiquis ex Patribus uerum etymon non latuisse, recte sentiunt. Nam Patres aliquando κατὰ τὴν κατάχεστην, ut ajunt Graeci, & ἀκίνως fuerunt locuti. Glossema illud allusio est & pia meditatio, qua ingenium exercerent Patres. Sic Gregor. Nazianz. Orat. 42. εἰς τὸ ἀγνοεῖν πάσχα initio, uocem illam ab Hebraeis esse deriuandam, asserit, deinceps adludit quoque ad Graecum πάσχω, patior. Augustin. l. 16. de Ciu. Dei, c. 43. & Enarrat. in Ps. 68. τὸ πάσχα scite interpretatur *transitum*, & nomen Hebraeum esse, disertis uerbis ait. Bochart. Hieroz. P. I. l. 2. c. 50. n. 1. πάσχα uocabulum uocat CHALDAEVM. *Paschæ nomen*, inquit, est Chaldaeum; Ebraeis idem est פֶּסַח, PESACH, --- Chaldaeic dicunt פֶּסַח, PISCHA, uel PASCHA, quia פֶּסַח, id est, transiit Deus super Israelitarum oſtia, postes eorum agni sanguine tintilos uidens; quod idem statuit Toletus, uerba Iudei Philonis de Vita Mosis fecutus: Die XIV. Mensis Nisan sub ipsum tempus, quo luna suum orbem solet implere lumine, celebratur migrationis publicae festiuitas, quam CHALDAICE PASCHA nominant. Atenimvero apud Onkelum & Ionathanem semper inuenitur scriptum per Chireck פֶּסַח, Pischa, nunquam per Patach פֶּסַח, Pascha. Forsan poit tot dialectorum commixtionem & uarias idiomatis Hebrei mutationes τὸ Πάσχα pronuntiarunt cum uulgo καταχρηστῶς Pascha, ex quo Πάσχα, pronunciatione paululum immutata;

* * *

tata, facile fluxerit Graecum Pascha. Hinc πάσχει, quantum quidem ego iudicare possum, originaliter uox est HEBRÆA, quam Iosiae adhuc aevo scribebant פֶּסַח, 2. Chron. 35. 1. a radice פְּסָחַ, transgressus est, transfluit, cuius uim expressit SPIRITVS S. Ex. 12. 27. his verbis: זֶבַח־פֶּסַח הוּא לִזְבֹּחַ

אשר פֶּסַח עַל־בָּתוֹן בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל בְּמִצְרָיִם וְאֶת־מִצְרָיִם: Es ist das Passah-Offer des Herrn, der vor den Kindern Israel übergang in Egypten, da er die Egypter plagte und unsre Häuser errettete. Post captiuitatem uero Babyloniam, cum Chaldaeae dialecto Hebraei aſſercent uoci פֶּסַח adjecerunt sub finem terminationem Chaldaeam נְסַחַ, unde, mutatis mutandis, נְסַחַ quod pronuntiarunt forsan נְסַחַ. Aut Hebraeorum פֶּסַח, uel Chaldaeorum נְסַחַ uenit ad Graecos, qui exinde suum formarunt πάσχει, quod deinceps Hebraei posteriores mutuati sunt a Graecis, ut supra in uoce Αββα exemplum illustre habuimus. Dresser. de Dieb. Fest. p. 62. innectit: Ab Hebraeorum Phase, Germanice Paß, quod transiuit Dominus per Aegyptum, unde & uerbum passiren, item Paß-Wort, quod suo loco relinquimus. Vid. Reiz. ad Goodw. p. 36.

s. 3. Etymologiam excipit SYNONYMIA. Chaldaeis festum illud, ut iam audiuimus, dicitur פֶּסַח & פֶּסְחָנָה, ab eadem radice פְּסָחַ, transfluit, transgressus est. Samaritanis itidem sonat פֶּסַח, Pesach. Syrus habet פֶּסַח וְפֶּסְחָנָה, siquidem סְמָקָת, Semkath, & זָדֵה, Zode, literae sunt unius organi, quae facile inter se permutantur. Radix extat apud Lexicographos & in Scripturis paſſim פֶּסַח, exultauit, hilaris fuit, exhilarauit uultum, Pascha celebrauit. Ps. 98. 5. Ef. 44. 23. Gal. 4. 27. Vnde ortum suum habent פֶּסַח וְפֶּסְחָנָה, hilaritas, gaudium, festiuitas, Rom. 12. 8. לְאַתָּה פֶּסַח, laete. Atque sic פֶּסַח designat hilari-

tatem, laetitiam, festiuitatem insignem, solemnitatem cum tripudio & jubilo immediate conjunctam. Apud Hebraeos datur radix huic similis Αγνος, eleuavit uocem, cecinit, laetus fuit, exultavit. Ps. 98. 4. Aethiopi uocatur ደንብ: Agnus Paschalis, festum Paschatis, quæ uox significat quoque gaudium, laetitiam, Luc. 8. 13. Iac. 1. 2. Ps. 50. 15. Vnde Linguae Aethiopicae peritis non ignotae sunt uoces ተቃዋዢ: Laetus est, exultauit, Io. 8. 56. ተቃዋዢ: Laetus, ተቃዋዢ: Gaudium, hilaritas, de quibus uid. Castal. Lex. ad uoc. ስምም, p. 3027. Arabi Paschatis festum audit የቃድር, serenus dies, bonus dies, Pascha, Num. 33. 3. quæ adpellandi ratio conuenit cum Chaldaeo צָרָב, clarum, serenum, nitidum, Es. 18. 4. & non multum abludit ab Hebraea phrasι יּוֹם טוֹב, dies bonus, serenus, quamuis ceteroquin radix etiam extet apud Arabas حَسَنَة, quæ aliquando idem est, quod Phrasis Hebraea בְּאַרְבָּה, fecisti mihi dilatationem in illa coarctatione, ἐπλατόνας με, ut Graeci uertunt, du lufftest mein Herz, du erweiterst die Klammern und Bande meines Herzens, du hast mir τομήν, den Weg breit, und den Raum, das Spatium, weit gemacht in dieser Beängstigung und Beklemmung, ut D. Lutherus exponit. Eduxisti me in planum ex arce, qua coarctatus & ab hostibus undiquaque circumuallatus & pressus eram. Post Θλιψιν enim, ήρ, aut σερωχωσταν, Angst der Seelen, Rom. 2. 9. laxatio cordis & dilatatio est nota laetitiae. Vnde Arabs phrasin illam Psaltis Hebraeam uertit: Laetificasti me; & D. Lutherus eleganter admodum: Der du mich trötest. Nos insigne exinde percipi mus gaudium, quod uoces illas quasi ab laetitia desumptas uidemus, quo respectu Talmudici Pascha יּוֹם טוֹב, ημέραν adpellant καλην, שְׁפָרוֹת, pulchrum diem, quæ nomina explicauimus supra, Dissert. III. de Vnct. in Beth. p. 26. Hoc scilicet festo nihil laetus, nihil pulchrius, nihil jucundius unquam fuit, quo clamarent in Cantu M. Halleluja: Haec est dies, nempe יּוֹם, insignis & notabilis, quam fecit Domi-

Dominus, laetemur & exultemus in ea. Hanc ob causam Pa-
 scha ἄπλως in Antiquitate, tam sacra, quam profana, nomi-
 ne Κονιτός uenit, ab radice Κονιτός, celebrauit festum, tripudiauit, in
 orbem iuis, circumgyratus est. 1. Sam. 30. 16. Κονιτός praegnanter
 quoque & κατ' ἔξοχήν interdum Paschatis festum designare,
 maximam ob festiuitatem, in uulgs notum est. Conuiua
 enim Veteribus splendida sub dies in primis festos institue-
 bantur, laetitia cordis tripudio, jubilo, aliisque externis
 signis significata, qui mos praeferunt in natione Iudaica ob-
 tinuit, quod confirmant etiam שלמי שמחה חנוכה, siue
 שמחה חגיגת, pacalia gaudii Chagigæ, de quibus jam non est dicen-
 di locus. Tale quid a Gentilibus usu receptum ex Iud. 16.
 23. atque locis aliis intelligitur. Ab hoc conuiuandi more
 post sacrificia peracta Christianorum Agapæ fluxisse uidentur,
 quae comitabantur coenam Domini, ideo celebratae,
 ut egenis subueniretur, & pauperes exhilarentur. Certe in
 Agapis & Iudeorum שמחת החגיגת, conuiuiis lautis &
 laetis festiualibus, finis erat mutuus amor, consortium,
 egenorum subleuatio, exhilaratio, sustentatio. Vid. Schurzfl.
Diss. de Ver. Agap. rit. Hotting. ad Goodwin. Mos. & Aar.
I. 3. c. 2. p. 478. William Cauæ erstes Christenth. P. I. c. II. p.
358., P. II. c. 4. p. 453. Vox ἑορτὴ Festo Paschatis tribuitur
κατὰ λόγον ἐξαίσετον, unde D. Lutherus 1. Cor. 5. 8. significan-
ter admodum transfert τὸ ἑορτάζωμεν, lasset uns Ostern halten,
ab ἑορτῇ, ut interpres paßim uolunt, feci, sacrificavi, quam
uocem ducunt ab πέτω, uel, poëtice, ἔδω, ut ἵερα πέτειν, sa-
screa facere, & ἔρδειν υπαίχειν ἵερος ἐπὶ θυσίαις apud Hesiod. I. I.
*ἔργων v. 135. Sic Pascha Veterum Lucas dixit c. 22. 1. ἑορτὴν ἀγύ-
 πων, & v. 7. ἡμέραν τῶν ἀγύπων, quam denominandi rationem*
expositam uide Ex. 12. 15. seqq. Philoni uocatur διαβατήριον,
Iosepho ὑπέβασις & ὑπερβάσις, Symmacho ὑπέβασις, Theo-
dotioni Φασιχ & Φασεῖα. Gregor. Nazianz. & Basil. M.
nominant ἑορτὴν διαβατήριον. Sozomon. adpellat παχαλίαν
ἑορτὴν. Sic Photio dicitur simpliciter παχαλία & παχαλίος
scil. ἑορτὴ, item παχαλία ἰθεομάς, παχάλιοι ἡμέρα, quo si-
gillatim

gillatim nomine Christianorum Pascha insignitur. Germani uocant festum Ostern, das Oster-Fest, circa quam uocem Eruditii diuersas in sententias eunt. Aliqui ducunt ab antiqua uoce Urstende, uel Auferstehung, quam ad opinionem accedunt Hildebr. de Dieb. Fest. p. 77. & Hoßlin. de Orig. Fest. Christian. p. 58. Alis uenit Ostern ab hostia, quae est Christus, pro peccatis nostris immolatus, 1. Cor. 5.7. Vnde βαλυτίος, siue πελάριοι, oblatæ Paschales, die Oster-Glaßen, ab offerendis hostiis dictæ. Nonnulli deriuant ab Ost, unde Oesterreich, quod sole oriente sol iustitiae surrexit; & quod oriens sacris in rebus lucis & laetitiae symbolum fuerit. Nec desunt, qui, uocem descendere, putant ab Easter, Dea antiqua Germanorum & Britanniarum, cui mente Aprili sacrificabant, quare mensem ideo Easter-Monath appellarent. Qua de re uid. Virsin. Acerr. Philol. l. 5. num. 22. & Lundii ſüd. Heiligh. l. 5. c. 10. p. 970.

§. 4. Qua HOMONYMIAM sumitur uocabulum Pascha I. SENSU BIBLICO, a) PROPRIE, pro ipso transitu Ægyptiaco, ab Angelo percusso facto, Ex. 12. 11. 12. b) IMPROPRIE & quidem 1.) late, quando festum, & ipsum agnum, & sacramentalem circa ipsum actionem subinuoluit, Num. 9. 2. sqq. 2. Chron. 35. 1. 16. 17. 18. 19. 2.) stricte, ubi denotat (N) Festum Paschale, uel diem, quo agnus mactabatur, 2. Chron. 35. Ex. 34. 25. Leu. 23. 5. Mt. 26. 2. Marc. 14. Ioh. 6. 4. (C) totam per septem dies durantem festiuitatem, vel עכזרה, cultum, celebritatem festi octiduanam, Ex. 12. (1) metonymice ipsum Agni Paschalis sacrificium, 2. Chron. 35. 1. 6. 7. 8. 9. 11. 13. Ex. 12. 11. 21. &c. (2) Agni Paschalantis Antitypum Christum 1. Cor. 5. 7. τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲξ ἡμῶν ἐθύθη χριστός; Ita Socrates l. 5. c. 22. Origenem dixisse, refert, Ἐν πάσχα αἱρθιὸν γεγενῆθαι, ὅπερ ὁ σωτὴρ ἐπετέλεσσεν, ἐνεργήσας πατὰ τῶν ἀντικεμένων δυνάμεων. &c. Vnum fuisse uerum Pascha, quod perfecerit Salvator, uim exerens suam aduersus contrarias uirtutes, per passionem in cruce, Ioh. 1. 29. (n) CHAGIGA M, s. solemnem laetitiam in שְׂמָחָה, sacrificiis pacificis, Ioh. 18. 28. de quibus

quibus infra pro*instituti* ratione pauca adnotabimus. II. SEN-
SV ECCLESIASTICO, ubi Patres accipiunt nunc pro Sacramento
Coenae, nunc pro sacrificio, a Christo in cruce peracti, com-
memoratione etiam extra eucharistiam, ut Auctores Systematum
& Compendiorum Theologicorum, nominatim D. König.
& Brochmand. de Agno Paschali fusius & concinnius tradunt.

§.5. ORIGO. De festorum origine pessime sentit Spencerus, in libro, quem inscribit de *Legibus Hebraeorum Ritualibus*, dum, omni posthabita religione, Deum rebus in sacris instituen-
dis & festis quam plurimis feligendis ad idololatrici populi
se genium accommodasse, proptereaque Israelitas, ut de-
suescerent paulatim idolomaniae, atque sic serio eam de-
testarentur, ad cultum alium priori non multum absimilem
abduxisse, immo formam, seu modum res peragendi sacras
a Gentibus esse mutuatum, omnibus ferme in paginis afferit.
Non desunt quidem inter Patres, eadem dogmata qui dis-
seminarunt, quos inter nominamus *Irenaeum*, *Eusebium*,
Hieronymum, *Chrysostomum*, cuius in primis uerba ex Hom.
6. in *Matthaei* extum: ECCE, STELLA, QVAM VIDE-
RVNT MAGI &c. hic ut recensentur, merentur: Μὴ
τοινη ἀνάζων εἴναι νουτόης αὐτὸς (Θεός) τὸ δὲ αἰσθέος αὐτὸς κα-
λέσοι. Επεὶ γάρ καὶ τὰ ἴδαικα πάντα διαβαλεῖς, καὶ τὰς
Θυσίας, καὶ τὰς καθαγιασές, καὶ τὰς νεομηνίας, καὶ τὴν κιθυτὸν,
καὶ τὸν ναὸν δὲ αὐτὸν. Καὶ γὰρ εἴξε Ἐλληνικῆς ταῦτα παχύτητος
ἔλαβε τὴν ἀρχὴν, &c. Ne opineris Deo indignum, quod Magi per stellam uocentur: Hoc enim modo omnes Iudeorum
caeremonias, omnesque ritus & sacrificia, & purificationes,
& neomenias, & arcam, templumque ipsum reprobabis. SI-
QUIDEM HAEC OMNIA ORIGINEM A GENTIVM RVIDITATE TRAXE-
RE. Deus enim, ob deceptorum salutem, se coli passus est per
ea, per quae illi Daemonas antea coluerunt; aliquantulum
illa in melius inflebens, ut eos paulatim a consuetudine re-
duceret, & ad Philosophiam altiorem perduceret. Sedenim
Patres Gentilium placitis, quibus antea toti erant addicti &
immersi, saepius esse deceptos, inter omnes constat, atque

sic Spencerus & Marshamus antiquorum Patrum testimoniis
 parum, aut nihil lucrabuntur, quippe quos inter Gentiles &
 natos & educatos scimus. Licet etiam Spencerus libr. cit.
 p. 768. paulo de Paschate mitius sensisse videatur, val-
 de tamen errat, & decipitur, quando p. 410. DEV M LEGES
 PASCHALES AD AEGYPTI RITVS OPPVGNANDOS instituisse, somni-
 at, quem in finem Jonathane auocat, qui Ex. 12. 21. sic πα-
 οφράζει: נָנוֹר יְרוּכָן סְפִעָוָת מִצְרָאֵי, וְסֶבֶן לְכֹן מִן בְּנֵי עַנָּא:
 "גַּזְעַן Subrahite manus uestras ab idolis Aegyptiorum, & tol-
 lite uobis de filiis ouium, secundum familias uestras, & ma-
 elate agnum Paschalem. Nam glossema illud a Jonathane
 additum male torquetur ad tuendam hypothesisin Spenceria-
 nam, quin immo argumentis, a uersoribus petitis, parum
 plerumque inest roboris. Denique, pleraque Gentilium
 Sacra ab Hebraeis esse deducenda, in uulgo notum est. Quip-
 pe Satanas, Dei simia, ritus Hebraeorum tantum non semper
 per idololatras, tenebrarum filios, aemulabatur, der Teuffel
 bauete, ut Germanus in Prouerbio habet, seine Capelle al-
 lenthalben darneben; atque sic Spencerus & Marshamus pessi-
 mum ἔργον πρότερον admittunt, omnemque antiquitatem
 inuertunt & euertunt. Quod autem a Christianis non o-
 portebat fieri, id saepius ab scriptoribus Ethniciis factum ui-
 demus. Comparant hi dies Iudaeorum festos cum luxu-
 rie Ethnica. Sic Sabbathum deriuant ab Hebraeorum υπερ,
 ebris fuit, uel a Sabbo, aut Baccho, uel αὐτὸν τὸ σαββάσιον,
 genialiter uiuere, ceu pertendit Plut. lib. 4. Sympof. De
 Paschate scribit Cornel. Tacit. Hist. l. 5. Raptarum frugum
 argumentum, panis Iudaicus nullo fermento detinetur. Illis
 quoque persuasum erat, siue apud Iudeos pro Diis haberis,
 cum, hos ab uilla carne abstinere, animaduerterent. Hu-
 jus rei plura uid. apud Ant. Byn. de Calc. Hebr. l. 2. c. 3.
 & 4. Quae singula citasse, jam est refutasse. Nos certe
 de origine Festi mere diuina sumus conuicti, quando Dei
 mandatum & institutionem primam Ex. 12. legimus, quae
 sic comparata est, ut aliud quid addere, videatur esse su-
 per-

peruacuum: Atenimuero, ubi, postremis temporibus, iis praefertim, quibus Seruator uixit, ritus Paschales mirum in modum mutasse, perpendimus, pauca pro instituti nostri ratione hic adjicienda esse, intelligimus. Antequam uero ad ipsius festi ritus accedamus, de discriminē & Parasceue nonnulla, quae uidebuntur adnotazione digna, praemittimus.

§. 6. Primum igitur cum Lightfooto, Minist. Templ. Hieros. p. 727. incipiems a discriminē, quod obseruant Iudaorum Doctores inter Pascha in Ægypto & postremis temporibus Reipublicae celebratum, quod, teste laudato Lightfooto, Thosaphta in Tractatum Pesachim ita describit: 1.) Pascha Ægyptiacum sumpserunt decima die, matauerunt decima quarta, nec propterea fuerunt rei Excisionis: Posterioribus temporibus propterea rei fuissent Excisionis. 2.) De Paschate Ægyptiaco dicitur: Ipse & uicinus fumant Agnum, sed non est sic dictum de Paschate in posterioribus generationibus. Sed dico, inquit R. Simeon, dictum est de Paschate in futuris temporibus, idque, quia homo non sinet proximum uicinum Pascha sumere cum altero. Nam dicitur: Melior est proximus, quam frater remotus. 3.) In Paschate Ægyptiaco non tenebantur adsperrgere sanguinem & pinguedinem in Altare: Sed aliter se res habet in Paschate posteriorum temporum. 4.) De Paschate Ægyptiaco dicitur: Imponetis ex sanguine duobus postibus, & superiori limini: Sed sic se res non habet in posterioribus Paschatibus. 5.) In Paschate Ægyptiaco dicitur: Nemo uestrum limine aedium suarum exhibet ab matutinum tempus: Sed sic non fuit in sequentiibus generationibus. 6.) Pascha in Ægypto ab unoquoque domi mandatum fuit. Sed posteriora Paschata uno in loco mandauit Israel. 7.) Vbi comedenterunt Pascha in Ægypto, ibi etiam pernoctare debuerunt: Sed posterioribus temporibus comedebant id in uno loco, & pernoctabant in alio. ATTAMEN PASCHA IN ÆGYPTO CELEBRATVM, ET SEQVENTIA, VNVM FVERVNT PASCHA: Quicunque habebat Seruos incircumcisos & ancillas non baptizatas, non licuit illis Pascha comedere: Sed dico, ait R. Eliezer,

zer, filius Iacobi, *scriptura loquitur duntaxat de Paschate in Aegypto. IN HISCE PASCHA IN AEGYPTIO, ET SEVENTIBVS TEMPORIBVS CELEBRATA, SIMILIA ERANT. Pascha Aegyptiacum erat in tribus dormibus: Ita & sequentia Paschata. Pascha Aegyptiacum erat agnus electus ex grege, masculus sine macula, anniculus: Sequentia etiam talia erant. De Paschate Aegyptio dictum est: Nihil ex eo relinquetis ad matutinum tempus: Idem etiam sequenribus temporibus obseruabatur. R. Iosi Galilaeus dicit, Dico fermentum in Aegypto interdictum tantum fuisse in unam diem. Pascha Aegyptiacum requirebat Canticum: Ita & Paschata posterioribus temporibus. Quae circa has Iudeorum hypothesef submonenda, maximam partem adnotauit antea nominatus Lightfootus l. c. Nos iter pandimus ad Parasceu, siue diem Pascha Veterum praecedentem.*

§. 7. Quodlibet festum praeiuit προσάθετον, παρασκευή. Diem Pasch. profestum uocant ערב וָתֵב פֶּסַח, item ערב וָתֵב פֶּסַח, den Oster-Abend, den H. Abend des fröhlichen, oder guten Oster-Tages. Per illum diem aliqui ab omni opere abstinebant sigillatim, Hebraeorum Magistris id affirmantibus, Galilaei, in quod tamen anxie non inquiremus. Totam inde diem in ambitu suo uocitabant ערב וָתֵב, den Heil. Abend, sicut & nos hodie diem profestum laxe adpellamus den Heil. Abend. Audiamus Casaub. l. c. p. 421. AVCTOR MEGILLATH THAANITH cap. XI. quod est de mense Schebath, ut res diuersas, sed quae magnam affinitatem haberent, commemorat, habere sabbathot paraseuas, siue coenas puras Sabbatorum, & barbe jom tob, paraseuas dierum bonorum, id est, magnarum solemnitatum. Fit ibidem mentio etiam schel chag. ערב יומם טוב חראשין שׁל, PRÆPARATIONIS BONI DIEI PRIORIS FESTI TABERNACULORVM. In his & similibus locis, quae sunt passim obvia, ערב, hereb, est, quod Gallice dicimus, LA VEILLE DE LA FESTE, illa, inquam, uestra, quae praecedit festum diem. Graeci dicunt τὴν προσέτιον, qua uoce iſus eleganter Philo de Vita Contemplat. p. 616. cum adpellat τὴν εἰδομάδα προσέτιον μεγάλης ἐορτῆς, adludens ad hunc morem Iudaicum obseruandi para-

parasceuaas festorum maiorum. Ac proprie quidem, ut ipsa uox indicat, sola uespera est parasceue, quare in ediclo Augusti apud Iosephum lib. 16. c. 10. Parasceues Sabbati tempus definitur ab hora nona: Sed tamen totus ille dies, nempe Veneris, cuius pars erat illa ḥψα, adpellatur parasceue Sabbati. Sic Iudeis, qui Pascha suum comedenter inueniente die decima quinta, parasceue Paschalis fuit, proprie quidem loquendo, uespera die decimae quartae, quo fere tempore Dominus noster cruci est affixus: Laxe uero accipiendo, dies ipsa decima quarta fuit illis & Sabbati parasceue, ut semper; & Paschatis parasceue, sicut ait Iohannes &c. Alii uero ab hora 3. praeparare se ad festum inciebant, quare illis tempus hoc, Pascha ipsum proxime præcurrrens idλως, & quasi primario dicebatur פסח, der heil. Osterv Abend. Maxima eo tempore cura erat, ut præparent se ornamenta festiua procurando, corpus ab immundicie purificando & lauando, capillos abscedendo, & quea sunt id genus alia. Vid. Lightf. Hor. Talm. ad Ioh. 7.2. & ad Ioh. 11.55. Primaria tamen cura fuit EXTERMINATIO FERMENTI TOTALIS, funiuersalis, ita, ut ne fragmenta, uel frusta minima in domibus relinquenteruntur. Lex in hoc præcepto seuerissima Excisionem minabatur. Ex. 12.15. 18.19. Conferri hic merentur loca Ex. 13.7. Leu. 23.6. Num. 28. 17. Rabbinis inuestigatio fermenti adpellatur בירכת החמץ, inquisitio fermenti. Talm. in Pes. cap. i. אוֹר לְאַרְבָּעָה עֲשֵׂר בְּרוּקִין אֶת הַחַמֵּץ Decima quarta, dum erat adhuc aliqua lux, curabant, inquiri fermentum, ad lucem candelæ. Per quam lucem decimæ quartæ diei interpretates intelligunt decimam quartam diem sub uesperam, cum nox appetebat, & candelæ accendenda erant. Titulus de Paschate Hebraice & Hispanice etiam, sed litteris Hebraicis, teste Lightfooro de Minist. Templ. Hieros. p. 728. interpretatur: אָן אַנְטָרָה דָּי קָאַטְוֹרָה דָּל מַיְוִי נִיסָּן EN ENTRADA DI QVATORZE DEL MEZ DE NISAN: Initio decimae quartæ diei mensis Nisan quaerebat fermentum in omnibus iis locis, in quibus uti solebant fermento, etiam in foraminibus, idque non ad lucem Solis, aut Lunæ, aut lampadis, sed

קון קנוילה ר' סירוח נל שעה
 cereae candelae. הנר id est, CON CANDELA DI CERA. Vid. Maim. in מהן ומצח, Per. s. cap. 2.
 Praemittebant hanc precandi formulam: Benedictus es tu o Domine, Deus noster, Rex aeternus, qui sanctificasti nos tuis praceptis, & iussisti nos euicere fermentum. Quicquid inueniretur, in pyxidem, aut cistulam, coniiciebant, aut loco alio, ad quem nullus mus posset accedere, custodiebant. Investigationem ipsam his finiebant uerbis: כל חמיין דרכא כבשותי רחמייה ולא חמייה לטבל ולהיות בעפרא רארעא, omne fermentum, quod est intra possessionem meam, quod uidi, uel non uidi, nullum sit, aut sit tanquam puluis terrae. Fermentum igitur omnibus rimis & domibus efferunt. Schindler. Lex. Pentagl. p. 158. Prohibebatur autem panis εὐχυπος a nocte XIV. ad diem XXI. Nisan, quod si relictum esset fermentum, inferebat flagellationem 39. uerberorum. Posteaquam satis inquisitum esset, remouebatur uel comburendo, uel communendo in micas, & dispersando in uentum, uel aquam. Dispersione praeferunt in aquas fermentum totaliter ita remouebatur, ut nulla uestigia, uel indicia relinquerentur. Disjectum ideo legimus in profundum maris, ut ne puluis quidem, nedum mica amplius conspiceretur. Hinc dispersio in aquas plus erat, quam dispersio in aërem, uel combustio in igne. Quando dispergebatur in aërem, tunc particulae quaedam adhuc supermanebant, quae poterant uideri, quando comburebatur, adhuc cinis supererat, quando uero aquis submergebatur, omnium quasi oculis subducebatur, ita, ut impossibile fuerit, fermentum in puluerem redactum, & profunditati maris demersum conspicere. Quicquid enim remotissimum esse debebat, in profundissimum mare olim abjiciebatur, quo trahunt aliqui locum Mich. 7. 19. : ותשליך במצוותיהם וּמִכְלָתָם Et abiiciet in profunditates maris omnia peccata eorum; Ac locum Matth. 18. 6. Καὶ καταποντισθή ἐν τῷ πελάγει τῆς Θαλάσσης, quo de παταποντισμῷ, ritu, Graecis præsertim non infrequenti, uid. Drus. Obj. l. 3. c. 23, & Pfeiffer. Antiq. Hebr. c. 2. p. 20. Ad hanc fer-

fermenti electionem adludit Paulus, 1. Cor. 5. 7. Εκκαθάριστον τὴν παλαιὰν ἔδυν &c. De cetero quatuor alii constituant reiciendi fermenti gradus 1.) expurgationem, 2.) inquisitionem, 3.) exterminationem, seu conflagrationem, 4.) exerationem, qua de re uid. Goodw. Mos. & Aar. I. 3. c. 4. p. 552. In Parasceue, siue שְׁרֵב וְפֶסְחָה, PANES AZYMI ET MISERICARVM coquebantur, de quibus praeter Buxtorffium, Hottinger. Lightfoot. Leusden. conferri meretur Lundius im Jüd. Heilighth. I. 5. c. 12. p. 985. qui pagina subsequenti superaddit: Es ward diß Fest ausser dem Tempel mit den Hörnern, und im Tempel mit Drometen eingeblasen. Die Mauren im Vorhofe wurden auch dem Feste zu Ehren mit den schönen bunten Tapeten behänget. Qui plura desiderat, adeat citatos auctores.

§. 8. *Causae ministeriales erant initio Seniores*, quia quilibet Paterfamilias, aut Senior domus, & post illum primogenitus, Sacerdotii ius habebat, antequam Sacerdotium Leuiticum constitueretur; Postea uero Israelitae ministerio utebantur *Sacerdotum & Leuitarum*. Prius adfirmat Moses Ex. 12. 21. posterius ex 2. Chron. 35. 6. 9. 10. 11. clarum est. Vnumquamque tamen Israelitam iure macstandi polluisse, patet ex Hebreorum Magistris & sigillatim e Tr. פֶסְחָה, c. 5. 6. qua de re prolixe agunt laudati auctores.

§. 9. *Subiectum spectari potest* 1.) *וְנִתְאַתָּה תְּרוּם & positiue*, ubi agni Paschalis subiectum constituebant soli circumcisj, seu Hebraei, seu peregrini, Ex. 12. 44. sqq. aduliores tamen, v. 26. 27. & mundi, Num. 9. 6. כָל־עֲדֹת יִשְׂרָאֵל וְעַשֵּׂנוּ אֶת־זָבֵחַ וְעַמְלֵךְ בְּעֵדָיו. Maim. קורבן הפסח c. 2. tota congregatio Israelis וְאַחֲרֵי אִישׁ וְאַחֲרֵי נָשָׁה uiri & feminae ad illud praeceprum aequaliter obligabantur. Ad unius agni esum ad minimum decem personarum sodalitum requirebatur, ante macstationem agni selectum. Maim. I. c. 7. מִנְיוֹן אַתְּ חֲפֵשָׁת אֶרֶת תְּוֹחֶטֶן אֵין, non poterant macstare Pascha, nisi personas antea numerauerint. Societas huiuscemodi vocantur חֲבֹרוֹת, συναξής, uel φεστίγια. Goodw. & Heg-

Hotting. ad eundem p. 540. *Lightf. Minist. Templ.* p. 731. Superaddunt Rabbini, mulieres seorsim, seruos iterum seorsim societatem constituisse. Sed integras ordinarie familias fuisse conjunctas, nempe viros, uxores, liberos, seruos, admodum probabile est. 2.) *Subjectum* considerari debet *κατ' αρσην*, *negative*, ubi *infantes*, loquela & judicio destituti, *immundi*, *proselyti portae* admitti non potuerunt, aderant tamen liberi, qui poterant quaerere: QVID EST CVLTVS ISTE VOBIS. *Dieter. Antiq. Bibl. V. T.* p. 183. Ad secundum Pascha, mense secundo die XIV. celebrandum, obligati fuerunt illi, qui 1.) tempore mactationis primi agni erant immundi, 2.) qui longius Hierosolyma distabant, 3.) qui per errorem intermisserant mactationem agni secundi, rei siebat כרת, exterminii, ex fiel in Gottes Gerichte, daß ihn Gott möchte zeitlich, und nicht ewig straffen, uti uolunt aliqui cum *Dassouio*, uel, ut aliis placet, coetu sanctorum excludebatur, quam exclusionem uocant כרת וְאַזְבָּחַ, exterminium ex consortio sanctorum & futuro seculo, quod Hebraice dicitur Ex. 12. 15. EXSCINDI EX ISRAELE, Graece ἀποσυνάγων ποιεῖθαι, Job 16. 2. qua de ex Synagoga ejectione praeter Selden. uid. Stephan. Thes. T. I. p. 88. Sagitar. Passion. P. I. c. 19. p. 262. Menochius, Hildebr. Goodvv. alli, 4.) qui inter primum & secundum Pascha facti erant *justitiae proselyti & minorennes*, qui interea adoleuerant, 5.) qui, urgente necessitate, a primo Paschate abfuerant, utpote *aegrotantes*, in *uincula conjecti* &c. Quae singula fusius persequitur Maimonides &, praeeunte hoc, *Lightfoot*, l.c.

§. 10. OBIECTVM multa quidem, quae paschalibus in solemnitatibus obseruarunt Hebraei, in se complectitur & late patet, sed, solicite jam inquirere in singula, non uacat. Perlustrabimus tamen præcipua. 1.) AGNUM, הַפְסָחַ adpellatum, quem in atrium humeris portabant, Tr. ספסחים, c. 6. 1. Portationem illam κατ' έξιοχήν uocant רכבה. 2.) CHAGIGAM. Praeter *juge sacrificium*, quod alias singulis offerebatur diebus hora dimidia praeter octaua, die

die Paschatis uero hora 9. qua Christus efflauit animam, in Paschate offerebantur, inde ad die primo usque ad diem septimum duo iauenci, unus aries & septem agni, in holocaustum, ut & hircus pro peccato oblatus & die Paschatis secundo manducatus, *Maimon de Iug. Sacrif. c. 7.* Notabile praeferunt est sacrificium בקר, siue boum, *Deut. 16. 2.* pro Chagiga, seu חנינה, in sacrificia Chagigae, quae agnum excipiebant Paschalem, die nempe sequenti. Proprium tempus adducendae Chagigae, teste Lightfooto, erat dies XV, maximam ob festiuitatem, solemne, unde *Num. 28. 16.* dicitur *Pesach* fuisse Domino die XIV. & v. 17. הַיּוֹם, festiuitas solemnis, die XV. Scriptores N. T. tempus illud uocant μεγάλην οὐετέαν. Rabbini ἀπλῶς חנינה, uel שלמי שמחה חנינה, pacalia gaudii Chagigae, siquidem erant sacrificia illa pro laetitia & exhilaratione. Atque sic חנינות erant conuiuia, quae adiiciebantur agno Paschali die XV. Nam Israelitae in festo ad duo praecipue obligabantur 1.) ad ראייה, comparendum coram Domino in atrio, idque cum sacrificio, 2.) ad חנינה, solemnem laetitiam, ad quam obligabantur & illi, qui non erant astridi ad ראייה, comparendum coram Domino. *Chagig. fol. 2. 2.* Is, qui surdus quidem est, at tamen non mutus est, non tenetur ad comparitionem, at tenetur tamen, ad לשותה, siue Chagigam. *Maimon. Tr. c. 10.* קרבן פסח במשקוריבין את הפסח בראשון מקרובין עמו שלמים ביום ארבעה עשר מן הבקר או מן היצאן גROLIM או קטנים זכרים או נקבות מכל זכחו השלמים וזה הוי חנינה: Quando offerunt Pascha mense primo, simul offerre solent pacalia die decimo quarto (loquitur cum uulgo. Pacalia enim offerebantur die XV. Chagigae diei XIV. Christi aetate non erant usitatae.) ex pecore bouino uel ovinio, majoribus, minoribus, sexu masculino, aut feminino, uti alia pacalia. Nomen habet Chagigæ. Vid. Lightf. Hor. Hebr. ad Iob. 18. 28. p. 670. Et Minist. Templ. p. 741. Othon. Lex. Rabbin. p. 456. Hotting. ad Goodv. p. 534. Reizius ad Goodv. p. 255. qui adjicet: In hoc convivio quod חנינה, immē-

immediate cohaesit cum coniunctione agni Paschalis, institutum est δειπνον κυριακὸν, Coena Dominica. Sed hanc Chagigam diei XIV. aetas Christi ignorauit. 3.) PANES AZYMI. 4.) EMBAMMA חֲרֵסָת, cuius, inuentores erant Scribae, מְקֻבָּלִים, παγαδίσταιων cunctos. Gemarici & Scholiaстра hic uarias in sententias distra-huntur, quas, cum parum hac in restitum sit, recensere, super-uacuum censeo. Adpositum e fructibus amaris & dulcibus in memoriam argillae creditur, ex qua lateres composuerant Patres in Aegypto. Lightf. Minist. Templ. p. 737. Habant, inquit, etiam patinam, cuius crassum erat condimentum, quam vocabant χροστή, Charoseth, plenam dulcibus & amaris cibis, ut daelylis, sicibus, addo, malis citreis & Punicis, uuis, aceto &c. Maimon. Tr. פֶּסְחָוּם, c. 8. Buxt. Vind. Exerc. de Cœn. HERBAS AMARAS, Exod. 12. 8. Lundius, l. c. p. 993. mit bittern Salzen &c. Secundum Talmudicorum mentem erant חַוָּתָה, lactucae, עַלְשִׁין, intyba, Endivien, uel, ut Autor Lex. Aruch. uertit, Körblin-Kraut, תְּמָכָה, de la chiorée, cichoreum, חַרְבוֹנָה, bete, סְרוּרָה, prafsum, uel linostrophon, aut marrubium. Tr. פֶּסְחָוּם, c. 2. 6. R. Salomo, ad Ex. 12. Lightf. l. c. p. 736. Buxt. Lex. Talm. uoc. תְּמָךְ, Lund. l. c. Addunt aliqui אַפִּיקְמָן, patinam, uti exponunt, ultimam, refertam nucibus, pomis, aliisque bellariis, Nachtracht, ab Hebraeis in conuiuo adpositam, exceptis Pachalibus epulis, ubi interdicta dicunt bellaria. Sed enim Magistris longe alia mens fuit. Coena Paschalis peragenda erat ἀπό τῷ καύσου. Vetus erat ire אַפִּי קְוָמָן, id est, ἐπὶ κάυσον, comediatum. Nam in Talmude duae sunt uoces, & Canon sic sonat: אַיִן סְפָתְרִין כְּרָמִין אַפִּי קְוָמָן אַחֲרֵי בְּסָחָר אַפִּי κάעָסָן. Graecis & Gentibus iuit olim in consuetudinem, ut post epulas noctu ad uicinas domos se cateruati conferrent, & conuiua luxurie plena renouarent, qua de consuetudine antiquitus usitata legimus apud Aristophanem, qui hunc luxuriandi & cum strepitu ac cantu conuiua iastaurandi ritum appellat ἐπὶ κάυσον Βαδίζειν, ἐπικωμάζειν, de quo uides Casaubon. l. 1. de Sat. Poet. p. 151. Dieter. Antiq. Bibl. p. 183. Hammond.

ad Rom. 13. 13. p. 100. Talis comessator praegnanter Theocrito dicitur κωματής, uti Scholiaſtæ κωμάζειν λέγεται επὶ τῶν κατὰ νοτὰ εἰς ἐρωμένας αἱρέχομεναν, dicitur de iis, qui noctu post Symposia ad amasias eunt cum facibus & taediis & ιργοτρυνα & θυγονόπια, amatoria cantica, ad amicarum ostium decantant, epulasque suas postmodum iterant. Hoc igitur uituperat Synagoga Iudaica in canone illo rituali: **אין פפטירין פסח אחר פסח אף קומן** επικέμω, post Pascha non sinunt ire comessatum, id est, interprete Gemara Babyl. non permittunt, hospites sodalitii & conuiuas **לחכורה**, αὐτὸς Φρατερικός ἐπὶ Φρατερικόν, a conuiuio, ut Dieterici uerba sonant, *in quo una Φρατερικά eruſata est, ad conuiuum, in quo altera epulatur, discurrere.* Vnde Rabbini posteriores, Scalig. de Emend. Temp. l. 6. p. 572. Lightf. l. c. p. 738. & Otto in Lex. Rabb. p. 453. canonem minus recte interpretantur de bellariis, quos inter hi duo, *fractam unam placentam in duas partes, unamque reseruantam esse pro bellariis*, absque fundamento statuunt, nisi, haec posterioribus contigisse temporibus, dicas.

§. II. Hic, ut in TEMPVS festi paulo sollicitius inquiramus, operaे pretium erit. 1.) Praemittimus computationem Lightfooti, quae generalis est, & sic in Hor. Talm. ad Ioh. 12. 2. p. 652. se habet: DIES IX. NISAN SABBATUM. 6. diebus ante Pascha coenat Iesu, apud Lazarum, exeunte iam Sabbato, quando pro more gentis erant coenae lauiores. Maim. Schabb. c. 29. x. DIES SOLIS. 5. diebus ante Pascha pergit Hierosolymam, insidens asino, & uespere redit ad Bethaniam Marc. ii. ii. Hoc die assumptus est agnus &c. Ex. 12. quo ipso die sese praesentauit hicce agnus Dei, istius ritus antitypum. xi. DIES LVNE. 4. diebus ante Pascha proficiscitur iterum Hierosolymam. Maledicit ficii infruētuſae, Mt. 21. 18. 19. Marc. ii. ii. 12. 13. Vespere redit ad Bethaniam. Marc. ii. 19. XII. DIES MARTIS 3. Diebus ante Pascha redit Hierosolymam. Obseruant discipuli ficum arefactam, Marc. ii. 20. Vespere recedens ad Bethaniam sedens in monte oliueto, praedicit excidium

Templi & urbis, *Mt. 24.* atque ea loquitur, quae continentur *Mt. 25.* Hac nocte coenat apud Simonem leprosum, *Mt. 26. 1. sqq. Job. 13. XIII. DIES MERCVRII.* Hunc diem transfigit in Bethania. Nocte ingruente, tota gens se applicat ad exterminationem fermenti, *Pef. c. 1. XIV. DIES IOV.* Mittit duos discipulos, ut parent Pascha. Ipse post meridiem intrat Hierosolymam, uespero comedit Pascha, instituit Eucharistiam, prehenditur, & tota fere nocte sistitur in judicio. *XV. DIES VEN.* Post meridiem crucifigitur. *XVI. SABBATVM.* Sabbitat in Sepulchro. *XVII. DIES DOMINICVS.* Resurgit. Calculus ille *Lightfooti* historiae sacrae magnam adferre lucem, & diem praeferit, qua Seruator comedit agnum, facit notam. 2.) Dispiciendum est de mactationis tempore, quod Deus prescribit *Ex. 12. 6.*: בֵּין דְּעָרֹבִים, *inter duas uesperas*; *LXX.* Senes habent πρὸς ἡσπέραν; Vulgat. *ad uesperam*; Samarit. *inter uesperas*; Syrus; *AD OCCASVS SOLIS.* Iudei Germanenses bene reddunt: צוּוֹתֶן צוּוֹתֶן אַוְכְּנָמֶן, zwischen zwei Oben-ten; Item *Onkelus*: בֵּין שְׁמַשְׁיָא, *inter duos soles*; Et Arabs: *Inter duos occasus.* R. Mosf. Cotzens. fol. 117. col. 1. de Pasch. ait: שְׁחָרָת הַפְּסַח רֹא בַּיּוֹם אֲרַבָּה עָשָׂר אַחֲרַ חֲצֹות Madatio agni peragitur die XIV. post meridiem. Joseph. l. 7. de B. I. c. 17. agnos scribit mactatos esse ἀπὸ ἤνωτην ὥξες μεχρὶ ἑδεντην, ab hora 9. usque ad 11. id est, ab hora nostra 3. usque ad 5. uespert. *Aben Ezra ad Ex. 12.* existimat, unam uesperam esse, cum sol occidit, alteram uero, cum nox plane aduenit. Moses Gerundens. subintelligit conjunctionem diei & noctis. Sed enim, tot intra tam breue temporis spatium agnos mactari potuisse, quis crederet? Nos assentimur illis, qui duas uesperas cum *Dieterico in Antiq. Bibl. V. T.* p. 182. sic interpretantur: Prior uespera dicitur, qua sol declinat, cum sol ad occasum uergit; Posterior, qua infra nostrum horizontem descendit, cum iam occidit, nec dum tamen sunt tenebrae. Consentunt Scalig. l. 6. de Emend. Temp. Massius ad *Jos. 5. 10.* Bochart. Hier. P. 1. l. 2. c. 50. p. 461. l. p. 558. Schindler. Lex. uoc. ערָב, p. 1381. Beza ad *Iob. 19. 14.* p. 287.

Casaub.



Casaub. Ex. 16. p. 417. Lund. Iud. Heilighth. l. 5. c. 12. p. 987.
 Vid. Reiz. ad Goodv. p. 245. Joseph. Antiq. Iud. l. 16. c. 10.
 Hanc uesperae computationem haud dubie Onkelus & Arabs
 intendunt, ut quasi fuerit una uespera solis, altera luminis,
 id quod Græcis etiam moris erat, quibus satis nota δεῖλη
 πρωΐα & ὥψια, quod discriben Eustath. ad Odyss. Suidas,
 Hesychius, aliique interpretantur. Vid. Bynaeus de M. C.
 l. 1. c. 6. & Antiq. Passion. p. 257. Licet uero duplitem
 uesperam Antiqui computarent, quae ὥψια nomine id-
 eis & primario ueniret, κατὰ τὴν συνεποχὴν totus tamen
 aliquando dies dicebatur בְּרֵשֶׁת, uespera, uti diximus supra.
 3.) id uexat interpretes, quod legimus Matth. 26. 17. τῇ δὲ
 πρωτῇ τῶν Αἴγυμων Marc. 14. 12. Καὶ τῇ πρωτῇ ἡμέρᾳ τῶν
 Αἴγυμων, Luc. 22. 1. Ἡγγιζε δὲ ἡ ἐορτὴ τῶν Αἴγυμων ἡ λεγομέ-
 νη πάσχα, ubi cum Mattheo conspiravit Syrus, Arabs, Per-
 sa, Aethiops; Et Job. 13. 1. πρὸ τῆς ἐορτῆς τῇ πάσχᾳ, ubi Sy-
 rus: Ante diem festum Paschatis; Arabs: Et ante diem fe-
 stum Paschae; Persa: Ante festum Paschatis duobus diebus;
 Aethiops; Et ante festum Paschae. Baronius, Johannem com-
 muni loquendi usum esse locutum de die artificiali, ab ortu
 ad occasum, non de naturali, putat, id quod refellit Ca-
 saub. Ex. 16. p. 416. qui cum plerisque ex Nostratis Iohannis
 uerba interpretatur de festo Judaeorum, & sigillatim de
 die XV. quo tum Iudei Pascha suum comedenterint; Reli-
 quorum autem Evangelistarum effatum explicat de legitimo
 edendi Pascha die XIV. feria quarta, die Iouis Nisan. Nam
 si Christus, subjicit statim, ante tempus legitimum Pascha ce-
 lebrauit, id est, πρὸ τῆς ἐορτῆς τῇ πάσχᾳ, non seruauit legem,
 neque πληρωτής, sed ωραβότης τῷ νόμῳ, fuit, quod etiam co-
 gitare impium est, nedium absurdum. Alii aliter sentiunt &
 a scopo aberrant plurimi. Iohannis coena & pedum lotio
 contigit Bethaniae, ut rectissime judicant, & uere afferunt
 Lightfootus, Bynaeus, Lundius, Hottingerus ad Goodvin. p.
 560. alii. Vnde Iohanni dicendum erat: Πρὸ τῆς ἐορτῆς τῇ πάσχᾳ,
 quod Persa expressisse uidetur: Ante festum Paschatis duobus die-
 bus. Difficultas circa Azymorum initium etiam facile tollitur.

Panibus Azymis utebantur ordinarie secundum legis praescriptum per integros septem dies, ubi, ordinarie dico, non abstinebant fermentato pane, nisi ineunte coena Paschali, uel ab initio 15. diei usque ad finem diei 21. mensis Nisan, unde Moses, Ex. 12. 16. diem XV. uocat περιν τὸν Ἀζύμων. Ne quid tamen hanc in legem peccaretur, a 14. die initium fiebat auferendi fermenti ab aedibus, antequam agnus esset mactatus. Immo quibusdam, praesertim Galilaeae incolis totus dies XIV. iam erat festus. Alii in Iudea a meridie diei XIV. a laboribus cessabant; Tr. פסחים, c. 4. Addo, quod Paschatis festum cum Azymo pane auspicati fuerint in fine diei XIV. & sub initium diei XV. Incipiebant autem Iudei dies ab occasu solis secundum primam omnium computationem, Gen. 1. Nox & mane fuerunt primus dies, quod significatur quoque uocabulo νυχθήσεον, nox & dies, hoc est, dies naturalis. Propterea is dies Matthaeo, Marco, Lucae uocatur περιν τὸν Ἀζύμων. Vnde Iosephus festo designat οὐέγας οὐτῶ, initio dueto a decimo quarto mensis, quo die desinente comedebant panem Azymum, Ex. 12. 18. Vid. Cleric. in Adnot. Hammond. Mt. 26. 17. p. 199. Hammond. ad Marc. 14. 12. p. 261. Bynaeus l. c. p. 243. Frustra igitur Goodwin. l. c. p. 563. refugit ad distinctionem inter computationem dierum ciuilium & dierum sacrarum, quin immo, obseruatione, quam adduximus, rite perpensa, exspirat & illud, quod Sagittar. l. c. p. 77. sequentem in modum literis consignauit: Procul dubio loquuntur hi Euangelistae more Romanorum, quibus τὸ νυχθήσεον ab orto sole incipit. Quia enim uespera proxima inchoabant azyma, Iudei autem a uespera illa, qua Christus Pascha comedit, sextam auspicabant feriam, secundum Iudeos nondum fuisse primus Azymorum dies. At secundum Romanam diei dimensionem uespera illa, ac praecedens lux diurna ad eundem diem, nempe diem quintum, pertinebat.

§. 12. Festiuitas igitur initium sumebat die XIV. exeunte, & die XV. mensis Nisan incipiente, quem deriuant uulgo αἴσι, fuga, aut οἴσι, fugere, licet Bochart. uerius forsan asserat,

serat, נִירֵן pro dici, uocali longa defectum Dagesch fortis supplente, quod signa, uel uexilla militaria, hoc primum mense educuntur. Est mensis, quo sol signum arietis ingreditur, in *Scripturis* אָבִיכָה dictus, *Deut. 16. 1.* mensis spicatum, dum hordeum spicatum tunc esse solebat. Syri uocant **נְסָמָת**, mensem florum, Arabes **كَلْمَة**, mensem granescientis segetis. Græci μῆνα τῶν νέων, scil. Αργεπτῶν. Nam postridie Paschatis falx immittebatur in messem, quo tempore Deo offerebant primitias, unde *festum primitiarum* nomen accepit. Sed mitto haec, &, ne iusto sim longior, ad quaestione me confero, quam mouent Eruditi, multo uexatissimam: **QVO DIE CHRISTVS AC IVDÆI PASCHA COMEDERINT?** Diuersas, in quas eunt Viri de re literaria optime meriti, opiniones, easque praecipuas, **οὐσὶ συνόψει** ueluti in tabula, sistam.

S. 13. I. Communis sententia de Paschali die haec est, Christum edisse Pascha die XIV. legitime, Iudeos autem Paschale festum in diem XV. uel propter traditionem e Babylone adlatam, uel alias ob causas, transieciisse. In eo tamen conueniunt ferme omnes, quod, Iudeos illegitimo tempore, nimirum die XV. suum manducasse Pascha, credant, licet de cetero recensendis in circumstantiis mirum in modum uarent. Hypothesin ad tuendam argumenta cumulant, quae magnam omnino ueritatis speciem praese ferunt. Videbitus ergo, rationes non ineruditæ adlatae quid habent in recessu.

S. 14. Primum refugium quaerunt in *Iob. c. 18. 28.* ubi Praetorium ingredi Iudei recusant, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, αἰλίνα φάγωσι τὸ πάχα, quod argumentum solidum censem *D. Calou.* & *Casaub.* *Ex. 16. n. 24.* Quia enim Christus Pascha suum, ut putant, iam perfecerat, & Iudeorum Pascha adhuc instabat; exinde, hos festum transtulisse, inferunt. Sedenim Resp. Iudei non intelligunt hic agnum Paschalem, sed Chagigam, quam cum vulgo, etiam si ceteroquin Viri docti, *Scalig.* *Cappell.* & *Casaubon.* p. 419. contra tendant, Euangelista

lista Pascha nominat. Vid. 2. Par. 31. 6. 7. 8. 9. Deut. 16. 2. quo loco פֶסַח generis *instar*, ut Frischmuthus loquitur, se habet ad subsequentes uoces בְּקָר וְצָאן, quae quasi per ἑπεξήγησιν subiiciuntur, perinde ac 1. Paral. 29. 2. Numer. 27. 11. 2. Chron. 7. 5. & sic amplius. Atque sic צָאן & בְּקָר censemuntur species esse sui generis, nempe τὸς πάσχα in Canaan. Nam, Pascha ex ouibus & bobus olim constitisse, manifesta loquitur litera. Maim. Tr. בְּשִׂיר, c. 10. non diffitebatur supra, ouium & boum sacrificia Paschatis nomine insigniri. Id, quasi in transitu, insuper monemus, נִזְבֵּת Orientalibus minora animalia, u. c. oues & capreas, בְּקָר autem maiora designare, ut boues. Non ergo male interpretantur Vulgatus: *Immolabis Pascha Domino Deo tuo de ouibus & bobus*; Syrus: نَبْرَدَ لَهُمْ حِلْيَةٌ, de ouibus & bobus; Et Arabs: نَبْرَدَ لَهُمْ حِلْيَةٌ, ex ouibus & cum eis ex bobus. Nec contempnenda sunt, quae Frischmuth. Diff. de hac Quæst. §. II. scribit: *Manifestum idem est v. 3. Deut. 16. ubi haec uerba leguntur: Septem diebus comedes cum eo Paschate azymos panes. Quod enim cum fermentato pane comedendum dicitur per septiduum, illud πάσχα fuit uocatum. Atqui uictimæ de bobus &c. E.* Ceterum ellipsis uocis בְּשִׂיר, in die, quam hic singit Cappellus, uid. explosam apud eundem Frischm. & alios. Conf. Lightfoot. Mt. 26. 26. & Bochart. Hieroz. l. c.

§. 15. Fauere illis uidetur Iob. c. 19. 14. Ἡ δὲ παραστεύη τὸ πάσχα, ubi fontes κατὰ πόδα sequuntur Syrus, Arabs, Äthiops. Persa tamen habet: CUM FERIA ESSET SEXTA. Dies igitur, quo Christus affigitur cruci, παραστεύη τὸ πάσχα adpellatur. Cappellus suo in Epicrisi de Ultimo Christi Paschate notat, παραστεύην ἀπλῶς & simpliciter adiectam designare semper προτάθετον, cum addita uero uoce πάσχα, περιποτὴ &c. pridie festi illius. Cloppenburg. ait, dici Parasceuen Paschatis, quia praecedebat secundam diem Azymorum, qua ex more instaurabatur Pascha. Baronius, Parasceuen Sabbati fuisse & diem ipsum Paschatis, propterea que dici παραστεύη τὸ πάσχα, censet, quam explicationem uocat frigidam

dam Cappellus. Præterea *Cardinalis ille*, solum Sabbatum habuisse Parasceuē, afferit, quod idem reiicit *Casaub.* p. 421. *Bochartus* scribit, παρασκευὴν esse diem Veneris, quæ Hebrewis ערב, uel עירובתא, adpellari consuevit. Consentire, quod mirum, uidetur *Casaub. Ex. 16. n. 15. p. 417.* Subscribit sententia nostræ *Frischm. l. c. §. 15.* qui scite obseruat, antiquo more, diem hunc Veneris Parasceuē uocari, quæ ipsa denominandi ratio apud antiquissimos Arabas usū fuerit recepta. Ad hæc uetus liber *Bereschit Rabba*, *Parascha XI. p. 8. col. 3. edit. Venet.* dies hebdomadæ hunc in modum numerat: *Prima dies septimanæ, secunda, tertia, quarta, quinta, עירובתא, PARASCEVE*, Sabbatum. Tandem subiicit *Frischmuth.* πάχα eodem adiungi modo, quo nostra memoria dicitur *Dominica Pasche*, *Dominica Pentecostes*. Ego, si dicendum, quod res est, existimarem, Veneris diem hic παρασκευὴν uocari τὸ πάχα, quod fuit *Parasceue Chagigæ*, qua die *Pascha*, id est, *Chagigam* edebant, de qua supra, in primis §. præcedenti, diximus.

§. 16. Tertium argumentum fundatur *Ioh. 19. 31.* Ἡ γὰς μεγάλη ή ἡμέρα ἐκέντα τὸ σαββάτον. Festa solemnia septem, uel octo constabant diebus continuis, quorum primus & ultimus ob שְׁמַרְתָּ אֶת מִקְרָא, *sacram congregationem*, reliquos excellentia præcedebant. Primus in specie dies maxime solemnis erat magnus ideo dictus. *Dieter. Antiq. Bibl. V.T. p. 182.* Atque sic dies μεγάλη uocatur, non ob gemini festi, *Sabbati & Paschatis concursum*, sed ob solemnitatem & sanctam congregationem, uti dies ultimus Scenopegia, *Ioh. 7. 37.* quorsum LXX. Senes nonnulli respexisse putant, quando verba *Ez. 1. 13.* קָרָא מִקְרָא, reddunt ἡμέραν μεγάλην. Exinde, Iudeos μεγάλην ἡμέραν tum nondum celebrasse, id est, agnum nondum manducasse, dissentientes inferunt. At enim uero μεγάλη ή ἡμέρα apud Iohannem est *dies Chagigæ*, siue letitiae solemnis, ad quam omnes sine exceptione erant adstricti, id quod a nobis supra est demonstratum.

§. 17. Quarto uerba Pilati *Ioh. 18. 39.*: EST AUTEM CONSUE-

D

TUDO

TUDO UOBIS, UT UNUM UOBIS DIMITTAM ēv τῷ πάσχα, obli-
unt, ubi per τὸ πάσχα, illi, Pascha Iudeorum, quod nondum
comedissent, intelligi, malunt. Resp. cum Casaubono l.c. p.423.
qui a dissidentium partibus fortiter hactenus steterat: Me-
lius igitur τὸ πάσχα, IN PASCHA, interpretabimur late & sim-
pliciter, tempore festi Paschatis & Azymorum. Quare Mat-
thaeus & Marcus dicunt, liberationem hanc fieri solitam ναρὰ
ἔορτὴν, tempore festi huius, quod plurimum fuit dierum. Nisi
malit aliquis extendere illa uerba ad festa etiam alia nobilio-
ra: Non enim dixerunt Matthaeus & Marcus ναρὰ δὲ τὴν
ἔορτὴν, tempore huius festi, sed ambo sine articulo, ναρὰ δὲ
ἔορτὴν, tempore festi, quod Gallice diceremus, es festes, uel
etiam a chasque feste. Docti iudicent. Mihi quidem Arti-
culus non temere uidetur prætermisso.

§. 18. Quinto hypothesin uerbis Iohannis c. 13. l. πεδ τῆς
ἴορτῆς τὸ πάσχα, tuentur, quippe inde colligunt, postridie
demum Iudeos comedisse agnum Paschalem. Responsio est
in promptu. Hæc facta sunt Bethaniæ, non in coena Chri-
stii Paschali, Vid. Lightfoot. ad Matth. 26. & Frischmuth. l.c.

6. 2. §. 3.

§. 19. Sexto sequentem in modum argumentantur: Syne-
drium ui decretorum & legum non consedit die festo, nec
reum aliquem censuit, uti legere est apud Seldenum. Nam
illo tempore nefas Iudeis erat iudicia exercere. Immo Mt.
26.5. notanter legitur: מִנְיָה אֲבָתֶךָ בְּרוּךְ תִּהְיֶה שְׁמְךָ יְהוָה אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ עָלֵינוּ אַזְרָנָה רְנָה מַיְמָנִיד. disertis uerbis ait: נְפָשָׁה לֹא עָרֵב שְׁבָת וְלֹא עָרֵב יוֹם טוֹב: Iudices re-
rum capitalium non indicant in paraseue Sabbati, aut in Pa-
raseue diei festi &c. Sic disputant Casaubon. & Cappellus.
Sed, uelim, obseruetur, prægrandes peccatores diebus et-
iam festis dedisse poenas, præsertim si in decem Dei Attri-
buta, ut cum Hebræis loquar, & Templi sanctitatem pec-
catum commiserint, aut euaserint blasphemi, quos in pri-
mis ēv ἀνταγόρειον plecti, confuerunt Antiqui. Quin
immo delinquentes contra Maiestatem diuinam, qui bla-
sphe-

sphemiam euomuerant & in sanctitatem Templi, wieder
diese heilige Stäte, habebantur iniqui, illico punire, fas
erat. Vnde lapides in Christum, cum in Templo commo-
raretur, coniiciebant impii, & Prophetas in Templo, im-
mo ad aram etiam, occisos esse, constat. *Maim. de Rebell.*
c. 4. עַד חֶרְגֵל מִשְׁמָרוֹ וְחַנְקָו בְּרַגֵל שְׂנָאָר וְכֹל
Uisque ad festum custodium, & ipso
festo strangulant, quia dictum est: (*Deut. 17. 13.*) ET OMNIS
ISRAEL AUDIET ET TIMEBIT. Extraordinarius igitur Synedrii
confessus, qui locum inuenit sub dies etiam festos, ab ordinario confessu probe discernendus est. Tum delictorum
habenda ratio, circumstantia temporis non neglecta. Cer-
te, etiamsi inter hostes Christi initio sic conuenerit, men-
tem tamen & consilia, occasione, tempore, turba illis fauen-
tibus, statim mutarunt, existimantes, maledictum sine mo-
ra de medio tolli oportere, ut iram ab se diuinam & ma-
ledictionem auerterent. Vid. *Grot. de I. B. & P. l. 2. c. 20.*
§. 8. Paul. Fagius ad Deut. 17. 13. alii, de quibus infra quo-
que dicendi erit locus.

§. 20. Septimo contendunt acriter, Synedrium tulisse le-
gem, ut Pascha transferretur in diem Sabbati, ad uitandum
duplicis festi concursum, idque propter mortuos & olera, uel
ob simetum. Dicunt, quod molesta & intolerabilis, immo אֲדֻ-
בָּרָת◎ fuerit per duos continuos dies operum seruilem ab-
stinentia, u. c. ciborum adparatus & coctura, uestium & lecto-
rum compositio, ignis & lucernarum accensio, fasciarum
& cunarum infantilium lotio, atque purgatio, mortuorum
pollinctura & funeralis procuratio, ob nimiam in primis æstus
uehementiam. *Beza ad Ioh. 18. 20. p. 258. Cappell. p. 23.* Alle-
gant sui ad defensionem canonem Iudaicum: לְעוּלָם לְאַנְךְ בָּרוּ פֶסְחָה nunquam Pascha incidit in secundam, quartam &
sextam feriam, quæ literis בָּרוּ notantur. Translationem
feriarum & Paschatis, utut non eodem semper modo, de-
fendendam in se suscepserunt, aut certe non improbarunt, e
Pontificiis *Paul. de S. Maria Burgens. in Hisp. Episcop.*

Paul. Middelburgens. Episcop. Forosempron. Onufrius Paninius, Eremita Augustin. Iansen. Episcop. Gandauenf. Maldonat. Iefuita. E Protestantibus, Munster. Heinr. Buning. Scalig. Calvif. Casaubon. cuius uid. Exercit. 16. contra Baron. p. 414. Sed ad hæc adlata regerimus, propter necessitatis & amoris opera, diebus festis peragenda, nihil Deo decidere. Ac licet canones rituales contrariam in partem ire, & superstitiones Iudaicæ, quæ Christi ætate cum nimia sanctitate & traditionum obseruatione uigebant, nobis uideantur obstatæ, scimus tamen bene, canones Iudaicos recentioris esse ætatis, quos Christi memoria utique ignorauit. Superstitione uero & nimia, quam jaetabant, sanctitas nihil euincunt aliud, quam quod uis superstitionis & nimiae sanctitatis diem Paschatis transferre, Iudeis nefas habitum fuerit, etiamsi legis diuinæ, quæ diem definiuit & præscripsit sancte seruandam, nullam habuerint rationem. Quin immo Iudei manifesto fatentur in Talmud. *Massech. Succ. c. 5.* יומ טוב סטור לשכת בין לפניה בין לאחורי Festum Sabbato coniunctum, siue antecedat, siue subsequatur. Aben Esra satis clare ad Ex. 23. 4. במשנה גם בתרמוד ראייה שרויה: In Mischna & Talmud exempla habemus, quibus probari queat, Pascha incidisse in feriam. Obiicitur a Cappello pollinctura Christi & funeratio, facta a Iosepho Ari-mathæo. At enim hic sanctus uir nullam habuit pollutionis curam, qui, aliter edocetus, Seruatori haec tenus adhæserat, bene sciens, charitatis, necessitatisque opera leges non subire. Ceterum in fine diei XV. ac initio XVI. Iudeos Pascha comedisse e Reformatis statuunt, præter supra nominatos, Caluin. Piscat. Deodat. Bailius, Adnotatores Anglicani; E Pontificijs Petru. ex Nostratibus Calouins ad Mt. I. c. Dister. Antiq. Bibl. p. 102. & plures alii.

§. 21. Denique recurrent ad duplicem φάσιν, id quod prolixè agit Cappellus I. c. p. 53. cum ait: *Dixi enim duplice esse apud Iudeos rationem inchandi menses Lunares, nempe uel ἀπὸ τῆς φάσεως, uel ἀπὸ τῆς συνάδεος, indeque natam uideri,* quæ

que inter eos a prima antiquitate obtinuit in Nouiluniis conuiandi per biduum consuetudinem. Prior illa numerandira-tio magis est popularis, posterior ista magis naturalis, adeo-que certior, sed paulo abstrusior. Hanc sequuntur hodie, iam a multis seculis, Iudei omnes in hoc suo exilio, & diurna captiuitate; Illam sequebantur olim Hierosolymitani, omnesque terrae Israelis incole ueteres, stante eorum Republica, teste Maimonide ex Misna & Talmude. Hinc enata consuetudo, festa solemnia per biduum celebrandi, atque sic duplex potuit esse dies legitimus festum celebrandi atque inchoandi, pro dupli mensis initio, immo Christus hoc pacto antetuertere Pascha Iudaicum uno die, sine legis uiolatione & moris inter Iudeos recepti euersione potuit. Hactenus Cappellus. Ad incertam Nouiluniorum computationem refugiunt Petavius & Ludou. de Dieu. Cum enim, aiunt, iis, qui procul aberant Hierosolymis, innescere tam cito haud posset, quo die præcise festum celebrari debeat, unde factum, ut singuli festa per duos dies celebrarent, quod hodiernis Iudeis in consuetudinem uenit, ut Buxtorff. tradit. Cappelli assertum maximam, non diffiteor, ueritatis speciem habet. Sed enim unde, illam duplificem computandi rationem Christi ætate Iudeis fuisse notam, probare poterit? Talmudici ipsi in Φάσις recensione admodum ambigunt & harent, immo mens eorum est, stante Republica & Templo, diem Paschatis nec transferri, nec immutari, nec duplificari ulla ratione potuisse; quippe, florente Republica, leges de dierum festorum praescripione illibatas semper mansisse, ad unum omnes pertendunt, extra Templum ad legum obseruationem se non esse adstrictos, existimantes, unde ipsis hodie noua est ratio Pascha celebrandi, quod nimirum, ut ajunt, extra terram iam nunc uiuant Israelis. Ad haec incerta sunt, quae Cappellus magno nisu disputat & contendit. Nam Scriptura tacet, Talmudici magis pro nobis stare uidentur, Antiquitas, ut alia silentio praetereamus, ipsa reclamat. Idem regero ad argumentum Petavii & Ludou. de Dieu. Vsus Iudeo-

¶ In hodiernus id euincit, quod jam asseruimus de temporum discriminine scite obseruando. Ante Christum, & diebus Seruatoris, hoc est, florente Republica Iudaica, ferias unquam, nedum Pascha, mutasse, negamus & pernegamus, quia jussit Deus & praescripsit & diem & locum Ex. 12. Deut. 16. 6. Vid. Frischm. l. c. c. 2. 1.

§. 22. II. Notetur eorum etiam hypothesis, quibus, Christum anticipasse diem legitimum, persuasum est. 1.) Argumentum, idque palmarium, sequentis est tenoris: Christus dicitur *νύξ τὸν ἡμέραν*, Mt. 12. 6. Hinc potuit Pascha comedere die XIII. ut die, quo Iudei essent manducaturi, posset pati, Grotius ad Mt. 26. 18. Hammond. p. 262. Resp. Si Iudei post Christum crucifixum celebrarunt Pascha, non fuit *ἐπειδὴν*, s. *κατὰ νόην*; Quod si Christus etiam anteuertit diem, denuo non fuit secundum legem. Atque Iudei, stante Republica, tenacissimi legum extiterunt obseruatores, exactores, defensores; Et Christus legis diuinæ accuratissimus erat & acerrimus obseruator & uindex, quem ne minimi quidem peccati poterant arguere, nec inuenimus Iudeos illum aliquo uitio & *ἀνοηκτά* potuisse grauare. Marc. 14. 55. E. id manifesto relinquitur, & Iudeos & Christum iusto legitimoque tempore Pascha instituisse. Seruator quidem *νύξ* est τὸν ἡμέραν & major Templo, sed subjectus tamen per omnia legibus, Gal. 4. ut nos Deo lucraretur, quod Theologis expendum relinquimus. 2.) Dissentientes inferunt, Christum, inuitis Sacerdotibus, & clam Pascha suum comedisse. Resp. Hoc a ueritate alienissimum est. Agnus non potuit edi, nisi sanguine ejus ad altare sparso & adipe combusto. Mactandus erat publice in atrio, totius consensu populi. Nefas fuit summum, si extra Templum, aut die ederetur illegitimo. Deut. 16. 6. Maim. אֲנֵן שׁוֹחֵטִין אֶת הַבָּשָׂר אֶלְאָן פָּסָחִים בְּעִזָּה כְּשֶׁאָרְקַתְּרִיָּה Non mactant Pascha, nisi in atrio, more reliquorum sacrificiorum. Abarb. ad Ex. 16. 6. 3.) Cappellus superaddit aliam rationem p. 7. Nimirum ut τὸν τυπωθὲν ad amissim typō suo responderet. Nam sic cruci affi-

affixus fuit eo die, eaque hora, qua a Iudeis secundum legem agnus Paschalis immolatus fuit, nempe בין הערכבים hora circiter teria pomeridiana, tribus aut quatuor ante solis occasum horis. Atenim uero argumentum bene inuertitur a Cloppenburgio, subsequentem in modum: Si Iudei Pascha suum post Christum crucifixum, atque e cruce depositum, celebrarunt, non fuit ἐνομον, seu οὐδὲ νόμον. Nam Christo crucifixo, & quum de cruce deponeatur, ob corporis τὸ τυπωθέντος praesentiam, cessabat omni iure typica Agni Θύσια. Neque si pridie facia non esset, tum fieri debuit. Quapropter sic contra censeo, ut τὸ τυπωθέντον responderet accurate, necesse fuisse, ut & Iudei & Christus pridie crucifixionis suae agnum immolarent. 4.) GROTTVS excogitauit distinctionem inter πάχα Θύσιμον & μνημονευτικὸν, quam expensam & explosam inuenies apud D. Calouium ad Mt. 26. Buxtorff. Dissert. de Cena, & Cappell. l. c. p. 124. qui sententiam Grotti accuratissime percenset: Distinguit ergo hic inter Pascha Θύσιμον & μνημονευτικὸν. Θύσιμον uult esse epulum illud sacrum, quod initio XV. diei Nisan, sub uesperam celebrabatur, in quo Agnus Paschatis in Templo a Sacerdotibus immolatus, certis ritibus obseruatis, comedebatur. Istud uult a solis Iudeis, qui Ierosolymam Paschatis tempore ascendebant, celebratum esse, eo, quod alibi, quam in Templo, & ab aliis, quam a Sacerdotibus mactari non debuerit Agnus Paschalis. Verum, quia non omnes Iudei, maxime uero dispersi post capiuitatem Babyloniam non ascendebant, neque poterant semper ascendere Ierosolymam singulis annis tempore Paschatis, uult ab illis, qui domi remanebant, nec Hierosolymam ascendebant, agitatum fuisse epulum quoddam, illius ueluti ulcarium, in quo, ante iustum coenam, tortae Azymae & πινεῖδες certo ritu edebantur. Hoc epulum Grotius vocat, distinctionis gratia, Pascha μνημονευτικὸν, & Pascha quidem, quia tempore festo Paschatis, a Deo praescripto, celebrabatur, μνημονευτικὸν uero, quia fit μνημέσιν, memoriale quoddam solempne liberationis Majorum suorum ex Aegypto.

pro. In hoc autem differre vult a θύσιῳ quod in μνημονευτικῷ nullus fuit agnus macratus & eſu abſumptus, quodque alio loco, & alia die agitari potuit, quam θύſιον. Sed enim quis crederet Grotio, Christi Pascha fuiffe μνημονευτικὸν Iudaicum 1.) Tale Pascha aetate Christi, & ſtante Republica, nunquam fuit. Eſt figmentum Grotianum. 2.) Christus ſic egiffet contra legem, quod ſaltim cogitare impium eſt, & judge Casaubono, absurdum. Nam Christus fuit τελεωτής τῶν νόμων, minime uero τῶν παραδότων, ſiuē νόμων πατέρων παραδότων, id eſt. statutorum Iudeorum. 3.) Christus Hierosolymis erat, ubi haberi potuit Pascha θύſιον. 4.) Hodierni Iudei, quod non ignoramus, utique habent Pascha, non θύſιον, quod dum ceſſauit, ſed μνημονευτικὸν, quod recentioris eſt aetatis, &, accurate loquendo, ne titulum quidem Paſchatis meretur. Templo excifo, putant Iudei, ſe ulterius ad ritus agni pri- mi adſtrigi non poſſe. Quae ſingula ubi altius expenda- muſ, adparebit, nulli harum ſententiae ſubſcribere nos o- portere. Quapropter aſſentimur illis, qui Christum uno eodemque cum Iudeis, & legitimo quidem die, Pascha co- mediſſe pertendunt.

*§. 23. Sententia haec ad ueritatem quam proxime ac- cedit. 1.) SPIRITVS S. diſerte ait *Luc. 22. 7. ἥλθε δὲ ἡμέρα τῶν ἀλύμων, ἐν ᾧ ἔσται θύσιος τὸ πάχα.* Illud igitur τὸ ἔσται con- firmat, Christum ex praefcripto legis die XIV. Pascha co- mediſſe. Syrus fontes adpoſte admodum uertit:*

Ἄλγος τῆς Πάσχας οὐτοῦ οὐδὲ τῆς Αζυμοῦ.

*Et aduenit dies Azymorum, in qua RI- TVS uel CONVENTUO erat immolare Pascha, 2.) Confirmant theſin noſtram dicta *Exod. 12. &c. Mt. 26. 2. Marc. 14. 1. Luc. 22. 1.* 3.) Christus fuit τελεωτής acerrimus, nec Iudei a praeſcriptione legis, hoc in paſſu, receſſerunt. Christus certe nunquam contra leges & bonas regulas iuit, ut e- giffet, quod ſummum nefas erat, Otho. Lex. Rabbin. p. 443.*

4.)



4.) Argumenta, quae contra nos erant directa, feliciter
funt remota, hinc, uelimus, nolimus, nobis statuendum est,
ui praeferim verborum $\epsilon\nu\eta\ \check{\epsilon}\delta\epsilon$, Pascha Veterum in unum
eundemque semper diem incidisse. Consentient e Ponti-
ficiis *Alcuinus, Bellarmin. Baron. Cornel. a Lapide, Barrad.*
& Eftius; E Reformatiis Brugthon. Ex Nostratibus *Broch-*
mand. Frischmuth. Lundius. Controuersiam, quae diu ex-
agitauit Ecclesiam Graecam & Latinam, in qua quaerebatur,
quo die Christianorum celebrari Pascha debeat, ac utrum
 $\alpha\lambda\mu\pi\theta$, an $\epsilon\pi\mu\pi\theta$ panis in Coena Domini sit adhiben-
dus? mox examinabimus *Dif. seqq. de Coena Domini.*

§. 24. MODUS celebrandi Pascha, sive FORMA, consistit in ritibus, qui
pro ratione temporum mutarunt. Plurium hinc inde caeremoniarum
mentionem iniecum, quare, quod res est, paucis dicam. 1.) AGNUS
MACTABATUR IN TRIBUS cætibus. *Pef. c. 5. v. 5. 6. Pascha כורזת נשחט בשלש*, maclabatur in tribus cætibus, scilicet turmis, sicut
dicitur; Atque agnum maclabit omnis cætus congregationis Israel.
Ingridetur cætus primus, & repletur torum atrium, portas atrii serant,
tubis canunt, sacerdotes stant scriatim, atque præ manibus habent phialas
aureas, & argenteas, series altera argenteas, altera aureas, & non con-
funduntur, & non erant phialis simbria, ne eas seponerent, & sic con-
densaretur sanguis. Israëlite maclat, & sanguinem recipit Sacerdos, &
proxime adstanti dat, ille porrigit proximo, qui phialam plenam recipiens
vacuum ei dat. Sacerdos altari proximus sanguinem spargit aspersione una
iuxta fundamentum altaris. Exit turma prima, & ingreditur secunda, &
post secundum tercia &c. 2.) ASSATIONIS MODUS recensetur *Pef. c. 7.*
Sumebant baculum ligni Malogranati, & per os agni ad posterioria eius
protrudebant, illoque agnum affabant. Dicunt *מְקוֹלָס*, Galeatum,
quia, cum rotus affabatur, cum capite, cruribus, & intestinis, pedes au-
tem & intestina ad latera ligabantur inter affandum, agnus ita armatum
quasi repræsentauerit, qui galea in capite & ens in latere est munitus.
Veru erat ligneum, cruribus & intestinis ad latera suspensis, atque
alio uero ligneo affixis, adeo, ut duo uerua crucis in modum trans-
fixa fuerint uisa, quod tamen in medio relinquimus. 3.) COENA PA-
SCHALIS ORDITUR A POCULO VINI. Adponuntur herbe amare,
Azyna & Embanna חֲרַסָת, atque agnus & caro etiam Chagigæ dies
XIV. Pater familias incipit & benedit: Miscent ei poculum secundum.
Infantes querunt: Quid uobis ille cultus. Dicit: Aliis noctibus non in-
tingimus, nisi semel &c. Hoc est Pascha, quod comedimus &c. Dicimus
ergo

ergo Halleluia ab initio Psalmi 113. ad finem Psalmi 114. Deinde lauans manus duos accipit panes misericarum, & frangit unum, Pauperibus enim panis frangitur, ut in Ægypto. Tandem editur de carne Paschatis, saltem pro quantitate olio, atque exinde nec quicquam cibi gestat omnino. Et iam tempus erat, subiicit Lightfoot. Hor. Hebr. ad Mt. 26. p. 378. quo Christus panem accipiens Eucharissiam instituit. Postea tertium poculum beneditur & ebibitur, quod vocant **ברכתא**, **אכנא**, **ברכה**, **אכנא**, **ברכה**, poculum benedictionis, τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας. Tandemque sequebatur poculum quartum, super quod perficiunt Hallel ab initio Psalmi 115. usque ad finem Psalmi 118. Panis erat institutionis diuinæ, unum rubrum ex traditione pendebat humana. Vnusquisque tamen debebat eibere quatuor pocula. Quales ritus adhibuerit Christus, cum res sit incerta, anxie non querimus. Certe Canticum adhibuit, cum ait Euangelista, ιωνήσατες que vox in Midras Till. fol. 4. 2. § 42. I. Vid. Lightf. l. c. & Otto Lex. Rabb. l. c. 4.) NOTABILIS EST ACCUBITUS, quem vocant **סבב**, **סבב** & **הסיבה**, **מיסב** & **מיסב**, **אָבְּנִישׁוֹן**, vel **אָבְּנִישׁוֹן**, ab radice, **סבב**, circulo sedet, aut stet, circumdedit mensam, discubuit ad mensam. Cant. 1. 12. Item **אֲשֶׁר** **אַשְׁר**, **אֲשֶׁר** accubuit ad mensam rotundam, aut quadratam in circuitu. Accumabant inclinando corpus in latus sinistrum, pedibus ad terram porrebitis, singulis per lectos singulos ad mensas quadratas, uti uolunt Hieron. Mercurial. Ciaccon. & Dassou. non ad rotundas, prout pictores effingunt, & aliqui cum Villalpando sentiunt. Aliquando tamen aliquot personæ accumbebant in uno lecto, uelatis capitibus, ad aliquos tantum cuncte Paschalis cibos. Accubitus signum erat libertatis. Pes. c. 10. v. 4. **אֲלֵיכֶם עָנוֹת שְׁבָרְאָל לְאָזְכָל עַד שִׁיסָּב**. Etiam pauperius inter Israëtitas non edit, nisi prius accubuerit. Maimon. Pes. l. c. Tenetur ad accubitum, ut, dum comedimus, more comedamus regum & magnatum. Seruator noster inter cenandum accubitu usus est, uti Diff. III. de Vng. in Beth. audiuiimus. Id uenit in questionem, quid de lege Ex. 12. quæ alios prorsus ricus, quam Christi ætate erant usitati, præscribit, sic sentiendum. Dieter. Antiq. Bibl. V. T. p. 102. hunc in modum scribit: Procul dubio institutionem primam Christus obseruauit, ut accinctus, calceatus, baculum in manibus tenens comedederet, & deinde ad cenam uulgarem accamberet. Ex Hebreorum tamen mente ritus Exod. 12. 2. & 7. & 11. prescripti tantummodo in Ægypto fuerunt obseruati, ad quos deinceps amplius non erant adstricti. Nonnulli co- recurrent, ut, initio discubuisse priscos ad mensam, deinceps uero, ubi esuri agnum essent, a discubitu illos surrexisse, stantesque accinctos, calceatos & baculum tenentes in manibus agnum manducasse, statuerint. Sedenim & discubentes & accinctos &c. illos potuisse comedere, non repugnat. Sed hac in re parum situm est. De Græcorum Accu-

Accubitu uid. *Pfeiff. Antiq., Græc. I. 4. c. 34. p. 699, sqq. Stuckii Antiq. Coniu. I. 2. c. 34. f. 255. Conf. Villalpand. Explanat. in Ezech. t. I. p. 293. Ciaccon. de Triclin. p. 98. Dassou. Diff. de Accub. ad Agn. Pasch. Vet. Hebr.*

§. 25. NORMA erat lex diuina. Accessit παρεδόσις, siue lex oralis, Verbum ἀγενθός. FINIS erat partim gloria Dei, partim hominum salus. ADIVNCTA sunt SOLEMNITAS, de qua iam inter nos sat is constat, NECESSITAS *Ex. 12. 5. Num. 9. 13.* SANCTITAS, quam comitabatur pauperum & afflitorum exhilaratio, de qua mox audiemus, praesertim cum uerba expendemus Pilati: Est autem uobis consuetudo captiuorum dimittendi in festo; Denique DVRATIO. Cessauit statim post crucifixionem & mortem Christi. Definitio. Pascha fuit festum maxime solemne a Deo primitus per Mosen institutum, quo Israëltæ agnum Paschalem & reliqua, certis adhibitis ritibus, iuxta legem, die XIV. atque sequentibus diebus statutis, primum in Aegypto, deinde in peregrinatione eremita, tandem Hierosolymis, sancte offerebant, in Numinis Diuini gloriam & suorum ipsorummet salutem.

CAPVT VIII.

DE VETERVM PASCHATE CHRISTIANORVM.

§. 1. Nobis iam omnes ritus Christianorum Seculis usitatos, recensere, non est in animo, quod nec temporis, nec praesentis instituti patitur ratio. Quapropter breuitas, ipsa id necessitate urgente, nos hic uti oportet.

§. 2. Veterum Pascha Christianorum porissimum duplex est, nimirum σαρκωτίου & ἀναστάτου, quae duo antiquos apud Christianos ab se inuicem differebant. Σαρκωτίου πάσχα sic adpellant propter transitum Christi ex uita in mortem, aut crucifixionem, quo die cruci erat adfixus, feria nempe magnae hebdomadis sexxa. Vnde aliqui, hoc praecelebrandum die Pascha, putarunt, & ideo dixerunt σαρκωτίου. Pascha ἀναστάτου ita uocabatur a transitu ex morte in uitam, quod incidebat in diem, quo surrexit, feriam scil. hebdomadis Paschalis primam. Hinc aliis, Pascha ipso Resurrectionis die celebrari oportere, persuasum erat, unde πάσχα ἀναστάτου s. Resurrectionis & nomen & ortum habet. Porro, Veteres omne tempus, inde a Dominicâ Palmâ usque ad Dominicam in Albis, Pascha nominasse, obseruamus, qua uoce, a πάσχω, patior, deductâ, in primis Passionem, oder die Marterwöche innuere uolebant. Ad haec dies 50. qui inter Pascha & Pentecosten intercidunt, omnes Paschatis nomine completebantur. Celeberrissimum quandam erat PASCHA ANNOTINVM, s. adnotatiuum, ab adnotare dictum, dum anniuersarium Baptismi sui diem in Kalenda-

AK H 248

X 3327631

36.

10/18

rio adnotatum, religiosa colebant deuotione, Deique gratiam propterea dignis excipiebant laudibus, siquidem eo tempore plurimi S. Baptisimatis lauacro initabantur. Deinde hic commemorandum est PASCHA FLORIDVM, quo nomine Dominicam in Palmis insigniebant, alta uoce sibi inuicem acclamantes: Occurrunt turbae cum floribus & palmis, & nos similiter debemus ei occurrere cum floribus uirtutum & palmis uitiorum.

S. 3. Antiquitas festi satis est nota. Vid. Caeus im ersten Christenth. P. I. c. 7. p. 197. Unter allen aber hat das Oster-Fest den Vorzug/ beydes so wohl wegen seines Alterthums/ als auch wegen der grossen Dinges so daran vorigen. Dass aber schon zu und von denen Zeiten der Apostel an // dieses Fest zum Gedächtnis der Auferstehung Christi geseyret worden/ wird kein Mensch leugnen. Ritus memoro 1.) κατὰ θεού & uerbis affirmatiuis. Notabile sanctum osculum, quod pacis dicitur, primo statim congressus, adiecta solemnii salutandi formula: Surrexit Dominus, adipicatum; ubi, osculo redditio, respondebant: ET DEO GRATIAS ET ADPARVIT SIMONI. Deuotionem incipiebant ab hymnis & precibus: Homiliae & conciones sacrae ac religiosae confabulationes tum erant frequentissimae: Notabilis Baptismatis usus obtinuit: Catecheses, non infrequentes, laepius repetebantur, & albarum uestium adipicatio in usu erat: Aperto capite incedebant: Vrebantur. Synaxi: Eleemosynas distribuebant & opera caritatis exercebant; Captivi demissi, unde Theodosius Imperator, festo instantे Paschali, epistolam misit in omnes potestati suae subiectas terrarum partes, quae iuberent singulos captiuos dimittere, adiecto uoto. VITAM EGO MORTVOS AD VITAM REVOCARE ATQVE EXCITARE POSSEM: Serui manu missi, delinquentibus uenia data, atque sic amplius. Vnum tamen, antequam ad finem properemus, superaddo, nempe MORTVORVM VISITATIONEM PASCHALEM ANNIVERSARIAM IN CRYPTIS ET COEMETERIIS, quando ante solis orrum, accensis faculis, Patriarcharum, Martyrum & Sanctorum sepulchra intrabant, quem morem debuerunt Hebraeis & Orientalibus, quos saepius balsamationem repetuisse nouimus. Vid. Marc. 16. & M. Iob. Herbinii Religiosi. Kijouieni. Cryptas, c. 8. p. 70. qua de re infra fusi nobis erit agendum, nempe in Cap. de Sepultura Christi. 2.) Commemoramus ritus κατὰ ἀγῶν & uerbis negatiuis, quorum referimus 1.) Abſinentiam a ieiunio, 2.) laboribus, 3.) superbia in uestitu, 4.) & vindictae libidine, 5.) a uoluptatibus & choreis, spectaculis, immodico portandi rici, reliquis, de quibus conferri merentur Quenstadius, Hil-debrandus, Caeus & plures alii. Sufficient haec in praesenti.

(o)

B.I.G.

Black

8	
7	
6	
5	
4	
3	
2	
1	
1	Centimetres
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	
	Inches
1	
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Q. K. 4/3, 3.

II i
248

Q. D. B. V
DISSERTATIO VI

OBSERVATIONVM CRITICO-PASSIONALIVM PASCHA VETERVM

EX ANTIQUITATE MAXIME IVDAICA ET
FORMVLIS VETERVM IN PRIMIS HEBRAEORVM
SIGILLATIM EXAMINANS

Q. V. A. M

INCLVTAE FACVLTATIS PHILOSOPHICAE
INDVLTV

IN ILLVSTRI AD ALBIM ACADEMIA
DIE V. OCTOBR. M. DCC. XX

PLACIDAE ERVDITORVM συγγράφει
SUBMITTIT

P R A E S E S

SAMVEL FRIDER. BVCHERVS AA. ET PHIL. MAG.

E T
RESPONDENS

IO. ABRAHAMVS VVIMMERVS ALTEN-MOERBIC. MISN. SS. THEOL. STVD.

VITEMBERGAE

LITERIS CHRIST. SCHROEDERI, ACAD. TYP.

